

accedere ausit, pro hostibus habiturum minantur. Qui Cerinio praeerant, licet initio oppidum intrepide se defensuros dictas-  
sent, nec dum acie hostili inspecta, turpiter se dedidere, com-  
meatumque in Cretam obtinuere. Mutatius, ac Palatius Vene-  
tias delati, perpetuo carceri addicti Decemvirum decreto, de-  
serti per ignaviam oppidi poenas dedere. Ii quoque qui mon-  
tium latebris tecti hostium impetum evaserant, Mustaphæ impe-  
rium subiere; brevique insula universa, praeter Tamassum poti-  
bus, undecimo kal. octobris eodem cum copiis pervenit, atque in  
hortis ad vicum, quem *Adami pomum* vocant, tribus a Tamasso  
passuum millibus confedit. Classis quoque in eas oras contendit, ut  
instantis oppugnationis metu nostros ad ditionem compelleret.

Bragadenus praefectus, vir acer atque impiger, strenui impe-  
ratoris munera obeundo, milites, cives, plebem ad urbem  
tuendam adhortatur: atque a divinis, uti decebat, exorsus,  
in foro summa totius civitatis frequentia missarum solemnia ce-  
lebrari jubet. His peractis, cunctos jurejurando adgit, usque  
ad extremum spiritum Tamassum defensuros; quodlibet tor-  
menti genus, mortem quoque ipsam, prius quam Reipublicæ  
semel datam fidem fallant, appetituros. Eadem die nonnullæ  
emissæ cohortes, levioribus certaminibus prospere depugnarunt.  
Hostes, in Bovis rupe portui adversa dispositis tormentis, tres  
in anchoris consistentes naves deprimere frustra connixi, e regio-  
ne, quæ Constantia appellatur, centum atque octoginta ab ur-  
be passibus, quatuor erectis munitionibus, machinas ad mœ-  
nia verberanda attraxere: aggeres insuper, qua navalium tur-  
ris inspicitur, ad Limissanam usque portam perduxere, quibus  
scloppettarii tecti ingentem glandium procellam continenter die  
noctuque effundebant, verberatione ad navalium munitionem  
coepta. Nostri gravioribus excussis tormentis, duarum hora-  
rum spatio quatuor Turcarum ingentes machinas disjiciunt, ac  
prosternunt. Ex reliquis tribus partibus inani eventu hostibus  
res cessit, cum diurna opera nocturnis eruptionibus nostri ever-  
terent, tormentorum orificia obstruerent, munimentaque di-  
ruerent. Qua ex re cum nihil proficere, jamque annum in  
hyemem vergentem, complures suorum cæsos Mustaphas ani-  
madverteret, castra a Tamasso movit. Baleonius discedere ho-  
stes conspicatus, in duas eorum munitiones impetum facit;

H. Mauroceni T. II.

X

harum

Mustaphas  
ad Tamassum  
oppugnatio-  
nem copias  
duxit.

Marci An-  
tonii Bra-  
gadeni vir-  
tus in Ta-  
masso pro-  
pugnanda.

Mustaphas  
exercitum a  
Tamassum op-  
pugnatione  
abducit.